



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quibus pœnis subiiciatur Religiosus delinquens à Prælatis Regularibus
puniendus. punct. 14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

locum in his , quae prelucratae possunt marito , non in aliis ; & que de causa iniuria marito restari potest , & eligere sepulturam ; quia in horum dispositione marito non praedicit. At religiosi subiectio tam prædicantia prælati , quam non prædicantia spectat ; quia est subiectio plena voluntatis ac proinde religioso non permittitur sepultura elektio , benè tamen ex ore : sic glossa dicit cap. fin. de sepultur. in 6. vor. sepulturam. Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 1.

4. Hanc tamen doctrinam communiter Doctores limitant ne procedat in religioso ita longe à proprio monasterio decedente , ut nequeat commodè ad illud sepeliendis deportari . Nam ex ea causa permititur ius , ut sepulturam eligere possit , cum propria nequeat ei concedi ; colligitur ex dicto cap. Religiosi de Sepultur. in 6. per argumentum à contrario sensu & tradit. glossa ibi in fine . Abbas c. 1. num. 4. de sepultur. & cap. nimis iniqua de excessib. prælati. n. 2. per illum iest . Sylvest. verbo sepultura q. 6. Narrat. comment. 2. de Regular. n. 43. Man. Rodrig. quasi regular. t. 3. q. 60. art. 2. vers. aduertendum Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 3.

5. Sed quid si superior permittat religioso subditio eligere sepulturam , erit licet , & valida electio ? Videut non esse ; quia lex in dicto cap. religiosi expressè decidit religiosos carere potestate eligendi sepulturam , eisque apud sua monasteria tumulandos , nisi ita remoto à proprio monasterio decedant , ut nequeant commodè ad illud deportari . Cum ergo texus sepulturam designet ; & potestate eligendi collat. , solumque in illo casu speciali absentia concedat ; efficit nec licentiam à prælati concedi posse , ipso contra legem Pontificiam , nec electionem ex vi illius licitam , validamque esse . Ceterum verius videatur oppositum : posse inquam prælatum licenciam concedere , electione neque inde factam licitam validam esse . Monachis quia prælatus eligere sibi sepulturam potest , ut dictum est , ergo potest religioso subditio facultatem eligendi concedere . Neque enim maior potestate secum vii potest , quam cum subditis ; si quidem tota potestas dispensandi secum prælator competens ex officio gubernandi subditos prouenit , atque adeo potius cum subditis , quam secum vi illa poterit . Deinde Text. in cap. religiosi sa ratione ducitur ad negandam potestatem potestatem eligendi sepulturam , quia vel , vel nolle carer , hoc est quia carer valuerat propria à prælati independente . Quæ ratio solum probat non posse religiosum eligere sepulturam ex pecunia inconsulto , at non probat ex eius licentia eligere non posse . Nam ea posita & vellet , & non habet .

6. Sed cuius expensis hac subditi sepultura , & prælati sibi sepulturam eligentes facienda est ? Respondeat ex illis bonis , quia ad huiusmodi effectum prælatus applicaverit , quia tam peculia religiosi ; quam bona monasterii lue dispositioni subduntur . Quod si prælatus non expressius credendum est eius voluntatem fuisse , ut ex pecunia defuncti dictæ expensas solvantur ; quia religiosi virilis est . Si autem prælaus , vel religiosus peculio parent , ex boni monasterij solvenda expensæ sunt . Neque mirum est ; quod monasterium eam obligationem habeat ; si quidem ea tenetur cum religiosis extra monasterium in loco tenore decedit sepultura non electa . Quia eo casu si religiosus peculio , vel beneficio carer , expensis monasterij sepelitur . ut tradit Man. Rodrig. rom. 3. quæsi regular. glossa 60. art. 3. & Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 4.

7. Eo autem casu , quo religiosus in loco remoto decedit sepultura non electa , in parochiali , sub qua decessit , sepeliendus est ; sicuti qualibet alius sacerdos in itinere mortiens : tradit Glossa dicto cap. religiosi , de sepultur. in 6. & ibi Anch. Franc. & Dominie , quos refert , & sequitur Sanch. dicto cap. 14. n. 4. Si autem eo in loco monasteriorum sui ordinis adit . Sylvest. relato Anon. cap. de sepultur. verbo sepultura q. 8. ver. fecundum , & Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 4. affirmant in eo sepelendum religiosum esse , & non in parochiali esto transfeuerit ibi commoratus fuerit . Et ratio esse potest ; quia illud monasterium aliquo modo proprium religiosi est . Ceterum verius censetur in parochiali , sub qua decessit sepeliendum esse , si solum transfeuerit ibi extiterit ; quia iure firmatum est quemlibet peregrinum si ad sepulchra suorum majorum deferti non potest , in parochiali illius loci , in quo decedit eius sepeliendum , ut tradit Sylvest. pluribus relat. supra . At ab hac generali lege non invenimus exemplum religiosus à proprio monasterio remorsus , ergo ibi sicut & alii peregrini , sepeliendus est . Neque obstat ibi adhuc monasterium sui ordinis , quia illud non est proprium alios non potest eligere sepulturam , sed necessario apud illud esset tumulandus . Notanter dixi , si solum transfeuerit ibi extiterit , nam si in illud monasterium missus fuerit causa perpetuae residencie , apud illud sepeliendus est ; quia est proprium , propriaque religiosi parochia . Atque ita docet Glossa ex communione tententia eo cap. religiosi in causa positione . Religiosi vero Societas Iesu , cum nullam Societas domum singulariter propriam habeant , sed qualibet dominus , & collegium proprium cuiusque sit , si in eo loco decedat , ubi dominus , vel collegium Societas est , apud ipsum

sunt sepeliendi , & non in parochiali , nec in cathedrali .

8. Superest dicendum de nouicio quem certum est , eligere posse sepulturam ; quia solum religiosi sepultura electio interdicta est , cap. fin. de sepultur. in 6. At nouitius sub nomine religiosi in odiosis non venit . Deinde religiosi sepultura electio prohibetur ; quia parente velle , & nolle proprio , quo ramen nouitius gaudet , & ita tener alii relatis Sanch. lib. 6. sum. cap. 14. num. 10. At si decedant non electa ; in monasterio sepeliendi sunt . Tum quia monasteriorum est nouitius parochia , & prælati parochiis quoad sacramentorum suscepionem . Ergo etiam quod sepulturam . Tum quia ita est confutidine receptum , & privilegiis religionum firmatum : sic Sylvest. verbo sepultura , q. 8. dicto 7. Man. Rodrig. quæsi regular. q. 60. art. 2. fine . Sanch. alii relat. dicto cap. 14. num. 11. Neque ab hoc iure cadit nouitius , ut placuit Sylvestro , quamvis voluntate haberit redeundi ad sarculum ; nam dum recipia non reddit , domicilium acquisitum non admittit . Sanch. dicto c. 14. n. 11. fine .

9. Quod si inquiras , cuibus expensis nouitius sepeliendus sit . Breuiter respondeo , sepeliendum esse propriis expensis , si proprium habeat , nisi confutidine introductam sit expensis monasterij sepeliendum esse . Sanch. dicto cap. 14. num. 12. At si proprio caret , monasterij expensis est sepeliendum , quia illius est membrum , & sub illius obedientia decebat . Quod adeo verum est , ut scelusa confutidine parentes eius diuties obligati non debeat , eas expensis solvere , & potest qui ab eorum causa separatus decebat , quamvis reuocabiliter . Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 14.

P V N C T V M . XIV.

Quibus penas subiiciuntur Religiosus delinquens à Prælati regularibus puniendus .

S V M M A R I V M .

1. Duplex genus panarum distinguuntur .
2. Religiosi delinquens penitentia prælati subiecta est .
3. Quas penas spirituales prælati regulari imponere possit .
4. Abbatia sua spiritualibus coercere moniales non potest .
5. Prælati regulari interdictum subditum delinquenter penam mortuam puniri . Idem dicendum est de mutilatione , & verbervatione publica .
6. An pena triremium possit religiosus delinquens à prælati regulari condemnari . Arguitur pro parte negativa .
7. Dicendum est prælatorum regularium posse hanc penam infligere , & solvuntur rationes contrarie .
8. Panam incarcerationis temporalis seu perpetua , ieiuniorum & alias similes posse Prælatius infligere , & subditus tenetur in se exequi .
9. De pena perpetui carceris , & tritemis est difficultas , an obligati sint religiosi eas exequi . Proponitur ratio dubitandi pro parte negativa , & solvuntur rationes contrarie .
10. Ad sententia affirmativa , ut post à communione recedendum non est . Et si existat ratione dubitandi .
11. Si carcer si ita durus , ut periculum vita timet , fugere potest .

1. Dplex genus peccatum distinguere possumus ; alias sunt penae spirituales , aliae corporales . Spirituales sunt , excommunicatio , suspensio , interdictum , irregularitas , & inhabilitas ad quaecumque beneficia , iura , & ministeria spiritualia : Corporales sunt quaecumque corporis afflictio , & castigatio , incarceration , infamatio , reprehensio , maximè si publica sit , deputatio ad vile ministerium , vel laboriosum &c .

2. Religiosum igitur delinquenter subiectum esse punitione prælati in comperto est apud omnes ; quia est pars communis religiosarum , que potestatem habet subditos delinquentes puniendos , cum ratione dominij ex professione acquisiti , tum ratione iurisdictionis à Pontifice concessa . Verum est quod potestas dominicata spectata puniri religiosus gravi pena non potest . Non enim potest morti condemnari neque perperuo exilio , nec tritemibus aliquibus penis similibus , quia haec aliena sunt à domestica , paternaque gubernacione , quam potestas dominicata respicit . At spectata iurisdictionis potestate haec omnes infligi possunt , si abique vlla limitatione iurisdictionis concessa sit .

3. Et quod actinet ad penas spirituales qualibet prælati regularis , etiam localis (nisi confutidine aut constitutionibus religionis limitatum sit) potest religiosum delinquenterem censuris excommunicationis , suspensionis , & interdicti personali innodare ; quia haec potestatis concessio & correctioni delinquenteris , illiusque punitioni maximè necessaria ,

Ferd. Castro Sam. Mor. Part II. 1.

X erat

erat. Sic Suar. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 2. cap. 6. num. 4. Notanter dixi interdictum personalis: nam locale interdictum cum non solius delinquentes sed innocentes, & non subditos quodammodo afficiat, imponi non potest à praetatis regularibus. Suar. dicto cap. 9. num. 5. Irregularitas verò nunquam imponi potest: quia Text. in cap. 8. de sentent. excommunic. in 6. exp. prel. negat incuri extra causas à iure expressos, & consequenter negat praetato potestatem imponendi irregularitatem, nam si illam haberet, iam extra causas à iure expressos contraheretur irregularitas. Pena item priuationis vocis actus, & passus, inhabilitatis ad officia, & munera religionis certum est religiosum à suo praetato puniri posse. Tum quia ita vius obtinetur. Tum quia illa munera, honores, & officia à religione conceduntur, que optimè potest subditos delinquentes ab eorum viu, & possessione removere, illorumque concessionis confensem non præstare. Suar. dicto cap. 9. num. 9. Alias autem inhabilitates, & penas spirituales à iure statutas imponendas ob aliquod delictum, si aliena non sunt à religione, & in ea religione tali delicto non est aliqua pena imposta potest & debet saltem ex honestate superiori subdita delinquenti imponere: quia in penarum impositione debet ius sequi: cum ergo proprium non habeat, communis conuenit adhæseret ex obligatione tamen ad id non tenetur: cum alias iustè iudicare possit, penasque delicto proportionatas imponere, iure naturali spectato.

4. Dixi *praetatum regularem*. Nam Abbatissis his spiritualibus penas coercere punirique non potest moniales delinquentes: quia iurisdictione Ecclesiastica caret, solumque à Pontifice conceditur potest dominatio gubernationi domus necessaria. Quod si aliquando priuilegium excommunicandi, suspendendi, vel interdicendi subditas inveniatur Abbatissis concilium, non est inveniendum de propria excommunicatione, suspensione, & interdicto, sed de quadam separatio- nē à communibz actionibus aliarum monialium: & cau quo de propriis censuris est priuilegium, credi debet ipsi Abbatissis concedi personæ designationem, quo posita Pontifex censuram ipso facto proferit, ut latius hæc prosequitur Suar. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 2. c. 9. à 10. usque in finem.

5. Quidam penas corporales attinet, certum est nulli praetato regulari, nequidam iudicis Ecclesiastico conceperit esse subditum delinquentem pena mortis punire: quia id interdictum cap. cum non ab homine de iudicio. At siue iudicis Ecclesiastico datum est in aliquibus casibus declarare clericum delinquenteum: pena mortis digna esse illumique priuilegio clericali denudatum iudicibus secularibus puniendum tradere: sic videtur praetatum regularem comparatione suorum subditorum id facere posse. Sed contrarium est omnino dicendum, nam est praetatus regularis possit religiosum à suo consortio cedere, at non potest clericali priuilegio omnibus religiosis concessio denudare: si quidem electum religiosum statu non denudat. Secularis autem iudex nequaque hunc electum, & à praetato regulari puniunt, punire insuper potest ob delicta in religione commissa. Tum quia commissa sunt in alieno territorio. Tum quia sunt iam per iudicentiam definitiūm puniendas: mo neque punire potest ob delicta postmodum cōmītenda, cum non ipsi, sed Episcopo subiicitur, quippe est religiosus, ac proinde persona Ecclesiastica priuilegio fori gaudent, sic Suar. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 2. c. 10. n. 1. &c. 2. Idem quod dictum est de pena mortis, dicendum est de pena mutuacionis: praetatus in quam regularibus datum non est hac pena suos subditos punire: quia & aliena est à religiosa pietate, & eiusdem rationis cum pena mortis. Suar. dicto c. 10. n. 3. De verberatione publica per platicas, & vias ciuitatis confundendo obstinatus, ne à praetatis regularibus impuniorum: quia religiosum statum, imo & Ecclesiasticum dedecet, ob quam cautam nec clericis secularibus imponitur. Suar. supra.

6. De pena triremis est grauis difficultas; an possit religiosus delinqiens ad illam subeundam à praetatis regularibus condemnari? Ex ratio difficultatis est: quia est nimis dura & acerba, & consequenter à pietate religionis aliena: at ex alia parte est nimis periculosa salutis spirituali dannati ob prauum contignum exemplum aliorum resorum ibi adstantium, & innumeris peccantiis occasiones, que in illo misero statu occurunt. Regulares autem praetati in sua gubernatione spirituale subditorum salutem primo spectare debent, nequecum ergo suos subditos hac pena punire. Præterea nequecum regulares praetati condemnare religiosum verberibus per laicum infligendis: quia est contra decisionem Text. in c. universtat. de sentent. excomm. At triremibus damnati verberibus sapienter à laico. Ergo praetati regulares non possunt religiosum triremibus damnare. Neque satisfacit, si dicas in supradicto textu solum prohiberi condemnationem directam verberibus subeundis, non tamen indirectam, & per accidentem, ut in praesenti contingit. Non enim praetati regulares verberibus affiendum religiosum tradunt, sed tradunt triremibus. Quod si ibi verberibus afficiatur, praetato regulari imputandum. Non est: quia sive condemnationi est per accidentem. Non inquam

satisfacitnam vt recte arguit Suar. tom. 4. de relig. tr. 8. lib. 2. cap. 10. num. 6. vel alia flagellatio licita est, vel non, si licita, ergo cessat lex lata in dicto cap. universtat. interdictum religiosum à laico verberari quod non est dicendum. Si licita, ergo illicite praetatu regularis religiosum triremibus condemnat; quippe moraliter huic actioni peccaminosae cooperatur, cum facilè possit illam excusare.

7. Ceterum omnino dicendum est, praetatos regulares potest habeat hanc penam subditis infligi, si delictum ea pena dignum sit, quia est nimis graue, & scandalum, neque occurreret alia pena, qua commode puniri possit, & lenitudo datu sati factio: sic tradit late Nauar. com. de reg. n. 53. Suar. tom. 4. de relig. tr. 8. lib. 2. c. 10. n. 3. & leg. Supponit Sanch. lib. 6. fam. c. 8. n. 16. & alii plures inquirent, an sic damnatus possit fugere. Ratio huius potestatis ex praxi, & consuetudine satis in religionibus recepta (videlicet, & conscientie Pontifice) defumitur. Neque rationes in contrarium videntur. Non prima, nam esto pena minimis dura sit, & acerba, non est tamen aliena à religiosa pietate, cum delictum graue, & scandalum est: pietas enim non est contraria iustitia, & charitati; immo cum hæc pietas principiū in communiam portat, quam in singulare personas exerceri debet, & religiose communiat sapientia expediat delictum religiosi scandalum grauissima pena punire in aliorum exemplum, efficit factum dictum penam triremis ob delictum graue, & scandalum impositum, cui alia via nequit satisfaci; alienam non est à religiosa pietate. Neque item virget secunda ratio delictum ex periculo peccandi; quia id est per accidens, & ob bonum religionis permitti potest. Tertio ramen praetatos regulares frequentiter in penis imponendis salutem spirituale subditum delinquentium spectare debere: at in aliquo cau rato & extraordinario non tam illorum salutem, quam salutem aliorum religiosorum, & religionis communis bonum spectari debet. Neque item virget tertia ratio ex cap. universtat. defumbrisq; responderi potest ex eo textu prohibeti verberationem per laicum, que sit in correctionem fratris, & non religioso, non autem verberationem in aliorum exemplum, & secularibus, infamib;que reis communem, quam cene confusudo obtinuit fieri per laicum posse, sicut sit, cum opus est religiosum torqueri.

8. Penam incarcerationis temporalis, seu perpetua in alienum, & remotum monasterium confit à praetatis regularibus sapienti infligi: quia sic expedit, tum religiosi delinquenti, tum aliorum exemplo, tum bono conuenient, in quo deliquerit. Alias item penas leiores, scilicet ieiunij, leuis flagellationis, deputationis ad officia vilia, & abiecta pauplum religiosum imponunt, ad quarum impositionem non est opus Ecclesiastico iurisdictione, sed ex potestate dominativa, quam Praetati ex professione acquirunt, eas infligere possunt; eaque de causa monialium Abbatissis hæc potest concepta est. Religiosi vero non solum tenentur eas penas patiencie subiecte, cum de facto in ponuntur; sed eas in se exequi, ita à Praetatis precipitatur; quia est præceptum de non nimis ardua, & difficultate tradit Suar. tom. 4. de relig. tr. 8. lib. 2. cap. 10. num. 10.

9. De pena perpetui carcere, & triremis est difficultas; an obligati sunt religiosi eas exequi, si fugere possint? Ratio difficultatis est quia in tr. de legibz. d. i. p. 2. p. 4. probamus factum, ut etiam regularem licite fugere posse, quia extra humanam potestatem illa videatur obligare reum, vi in fupsum exequatur penam ita acerbam, & duram: sed votum obedientiae non est censendum aliter obligare, quam præceptum quia obligatio voti est instar præcepti. Ergo cum præceptum humanum ad exequandam illam penam non extenderatur, ne etiam eorum votum extendi debet. Si ita teneri Bannes 2. 1. q. 6. art. 4. posse & consil. & indicat Suar. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 1. c. 1. n. 4. Neque hoc fuga aduerterat videtur Trid. suff. 2. c. 4. de reg. prohibenti religiosis, ne à sui conuenientibus sine licencia recedant etiam prætextu accedendi ad superiores, nisi ab eis fuerint vocati: qui si fuga est à triremibus, non est recelus à conuentu: si autem est à carcere conuentus, non tam est recelus à conuento: quam ab illius carcere, & à pena ob delictum imposta, neque dici debet illa fuga recessus, cum non animo vagandi fiat, sed quedam iure natura concepta interpellatio, & defensio a tam duro, & acerbo grauamine. Quod si dicas, ut obligatum esse obedire praetato secundum regulam præcepti; at cum tibi præcipit ob delictum commissum in carcere, vel triremibus manere, secundum regulam præcipit, ergo obdeteneris? Respondi potest concedendo præcipere superiorum secundum regulam, cum tibi præcipit manere in carcere, vel triremibus aliquo refensione, quia secundum regulam diuinam, & naturalem est, ne condemnatus sententia iuste restitus, refisteres enim Dei ordinationi. At si præcipiat tibi manere ab illo potestate fugiendo contra regulam naturalem præcipit, ac proinde nullum est præceptum. Quod si iterum vigas, ut obligatum esse ex voto obedientiae eo in loco manere, quo superior iustè iudicauerit, argum. text. cap. quorundam, & cap. 8. religios. de elez. lib. 6. at iustè iudicauit; cum te ad perpetuum carcere,

DE ASTRI PALA TOM.

cacerem, vel tritemes condemnauit. Ergo ab eo loco absque licentia prælati recedere non potes. Respondeo negando consequentiā: concedo enim ex votō obediētia te obligatum esse manere, vbi superior iustè iudicauerit; nego tamen iustè iudicare, si iudicet te debet liberare, & absque fuge potestate in carcere, vel tritemibus manere, bene tamen si iudicere debere ibi manere detentum nulla resistēta facta.

10. Fator animū esse propensum in supradictam sententiā: at quia oportet communī doctorum calculi firmato est, nolo ab ea recedere: docuit eam Caetani. 2. 2. q. 69. art. 4. in respōnd. ad secundam conclus. Nauar. com. 4. de Regular. num. 61. Salcedo tract. cap. 137. vers. sed virum, & vers. ino circa carcere. Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. c. 10. n. 10. Sayro in clavi regia lib. 12. c. 18. num. 9. Manūl quest. regular. 1. 2. q. 22. art. 6. Sanch. lib. 6. c. 8. num. 12. & 16. Ratio etiā quia negari non potest, te obligari posse ex votō obediētia non solum ad sustinendam iustam pœnam carceris, & tritemis, sed etiam ad eam non fugiendam, cum condemnatus fueris; at sic est præsumendum te obligari velle, cum votum obediētia emitis, si quidem ferē omnes Doctores eam tibi obligationem imponunt. Ergo fugere non potes. Et ex his solutus ratio dubitandi. Nam esto ex præcepto, & lege absolute sumpta obligari non possis ad non fugiendum carcerem aspernum, & durum, at ex votō obediētia obligari potes quia ita voulisti.

11. Illud vero certius est, si carcer sit ita durus, ut merito periculum vita timcas, eo quod cibō conuenienter ad vitā sustentationem priuat, vel homi cubare cogēris, vel penē nudus existere multa hyeme, & in loco humido, & frigido, vel aliam ob causam, te posse fugere, quia esto illa pœna iusta esse, non est credendum te votō voluisse priuati libertate ilam fugiendi, si commode possis, & cum fit contra inclinationem naturalem, quā homines habent propriam vitam conservandi; sic ex communī sententiā sefulari Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. c. 10. in fine n. 11. Quod à fortiori procedit, si hoc periculum vita non ex pœna imposita per sententiam iustum, sed ex modo illam exequendi prouincie, quia hæc est manifesta iniuria; ac proinde credi non debet te voluisse ad illam sustinendam obligari; sic sustinet Nauar. com. 4. de Regular. n. 64. corol. 7. & 8. Salcedo præf. c. 137. 8. & tamen, Sayro in clavi regia lib. 12. c. 18. n. 10. Sanch. lib. 6. sum. c. 8. n. 14. vbi merito addit idem esse dicendum eafū quo sententia reip̄la iniusta sit, esto sit iusta secundum allegata, & probata. Quia eo casu non tenetis præcepto superioris obedire, vi potest fallax præsumptione innitenti.

P V N C T V M X V.

An religiosus ita obligatus sit superiorum sententiis
obedire, ut nullo modo ei permittatur
appellatio.

S V M M A R I V M.

1. Vident religiosi esse interdicta appellatio.
2. Varij casus distinguuntur.
3. Si prælatus in infligendis penit. iustitia terminos non excebat, appeller non potes; bene tamen querelam, vel supplicationem interponere apud superiorē maiorem.
4. Si prælatus terminos iustitiae in gravibus penit. imponendis excedat, licet tibi est remedium appellatio vti.
5. Hac tamen appellatio prius ad prælatos domesticos, quam ad Nuntium, vel Pontificem deferenda est.
6. A leui præcepto, ordinariaque correctione non permititur appellatio.
7. Ut in causis grauibus appellacionem interponere possis, debet esto excepit prælat manifestus.
8. Apponitur dictamen inter clericos, & religiosos circa appellacionē interpositionē.
9. An eo casu quo potes appellacionem interponere possis (si occasio non suspetti appelli) ad superiorē maiorem nulla petita ab inferiori licentia iter arriperi? Negat Suar.
10. Veritas censeo oppositum. Et satisfacta ratione à Suar. adducta.
11. Licet tibi recrue superiore suspectum, quando times te iniuste vexaturum.

1. Vident religiosi omnino interdictam esse appellacionem. Nam in cap. ad nobram de appellacionib. dicitur. Remedium appellacionis non ideo est inventum, ut alicui à religiosis, & ordinis obseruantia exorbitant debet in sua nequicia patrociniū exhibere, & cap. reprobabiliter, eadem tit. inquit: Statuimus ne subiecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellacionis erumpant, & in fine subdiciuntur: præcipue hoc in religiosis volumen obseruari, ne religiosi cum pro aliquo excessu fuerint corrigit contra regularem præstatu sui, & capituli disciplinam appellare presumant, sed hu-

Ferd. à Castro Sum. Mor. Rari III.

militer, ac deuotè suscipiant, quod pro salute sua fuerit ei dem iniunctum: idem ferē habetur in cap. liceit, de officio ordinary. Deinde supradicta appellacionis denegatio manifestissimis privilegiis à Sede Apostolica religionibus concessis confirmata est, vt constat ex iis, quæ refert Sorbus in compend. priuileg. mendicant. verbo appellare, n. 1. 2. & 3. & habentur in compend. priuileg. societas Iesu verbo appellatio. Quibus priuilegiis, & decretis plures religiones adhaerentes vocem appellacionis à se excusaverunt, ut habetur in lib. monumenta ordinum concess. 499. & specialiter de ordine predicatorum tradit Armilla verbo accusatio in fine. Ratio vero, quia credendum est Pontificem motum esse ad degegarum religiosis appellacionis remedium fuit, ut bono nomini religionis, & specialiter religiosorum quieti, & tranquillitatē proficeret, quæ non leuiter ex concessione appellacione laderentur. Neque obstat appellacionem esse naturalem quandam à iure introductam defensionem cap. omnis oprefixa 2. q. 6. cap. fugientis de appellacionib. leg. 1. ff. de appellacionib. defensionēque naturalem tolli non posse, clement pastoralis de re indicata ad finem, quomodo ad bonum commune religionis non debeat interdicere; præcipue cum hoc interdictum liberet à religiosis admittit professionem emittentibus in religione dictis priuilegiis gaudente, &cūque constitutiones habente.

2. Ceterum ut distincte in hac grauissima quæstione procedamus, aduerteremus est, appellacionem interponi posse; & quod prælatus limites iustitiae excedit in penit. imponendis, vel quia intra limites iustitiae vñs est summo rigore. Deinde potest esse appellatio à pena graui, & infami, qualis est carcer perpetuus, vel tritemis, vel dira repetita verberatio; vel à pena leui, quo ob frequentes defectus imponitur. His positis.

3. Dico primo, si prælarus in infligendis ponis iustitiae terminos non excedit, ne quis ab eius sententia appellaret. Quia eo casu non grauerat a prælatu, sed à tuo delicto, neque tibi prælatus villam iniuriam inferit summo rigore vñs, tamē nullam gratiam faciat: sic Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 11. num. 9. & supponunt ferē omnes Doctores concidentes appellacionē tanquam vbi est excepit, & grauamen.

Verum est in supradicto casu non tibi licitum sit appellare; & querelam, vel supplicationem interponere apud superiorē maiorem, ut ipse ex officio rigorem mitiger, omnino liceat; quia per hanc querelam, & supplicationem superioris ius inferioris rigide iudicantis non laderit, cum illum non impedit ad executionem sententia procedere, neque causam ad superiorē maiorem devoluat; sic Nauar. lib. 2. confit. tit. de sentent. & re indic. conf. 1. alias tit. de appell. conf. 1. n. 8. Man. Rodrig. tom. 1. quest. regul. quest. 29. art. 2. Sayro in clavi regia lib. 12. c. 17. n. 38. Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 11. n. 6. & 9. Sanch. lib. 6. sum. cap. 9. num. 110. fine.

4. Secundo dico, si prælatus terminos iustitiae in grauibus penit. imponendis excedat, licitum tibi est remedium appellacionis vti. præcipue si per viam querelam, & supplicationem non repucas latitib. esse (subueniendum) & quia eo casu appellatio est remedium necessarium ad propullandum superioris iniuriam, neque credendum est te voluisse in professione huic remedii renunciare. Tum quia ea renunciatio religioni vñlis non fest, ne prælatorum iniuriant leuēt. Tum quia ex nullo iure, vel priuilegio colliguntur; hæc enim prohibent appellacionem à correctione regulari, non à graui iniuria. Nam ea stante concessionē est appellacionis remedium, cap. de priorē appellacionib. vbi gratias iubetur puniri quidam Prior, eo quod appellatio ad Sedem Apostolicam non derulerit; cum omnibus concessionib. sit ad Sedem Apostolicam appellare posse, cap. ad Romanam. 2. quest. 6. Idem constat ex cap. liceit de officio ordinary. & cap. super questionib. de officio delegat. & expreſſus. Cisterciensibus appellatio concessa est in caula deitate iustitiae, aut pro notoria iniuria, ut referatur in compend. priuileg. societatis verbo appellatio §. 2. Et liceat fratribus Franciscanis interdicta sit appellatio ad secularia tribunalia sub excommunicationis causa per Gregor. XIII. in bullā incipiente, quoniam nostro pastorali anno 1375. concessa tamen est ad Generalem, & ad protectorē ordinis, & Pontificem. Idem declarauit sacra Cardinalium cōgregatio anno 1387. & Sixtus V. anno 1388. in bullā incipiente: Ad Romanam spēciet Pontificem, prout refert Sorbus in compend. priuileg. mendicant. verbo appellare, in suis annotationib. §. 1. Ergo in huiusmodi casu omnino appellatio concedenda est: atque ita sustinet Nauar. com. 3. de Regularib. circa finem num. 51. & lib. 2. confit. tit. de appellacion. conf. 4. Azor. tom. 1. iustit. moral. lib. 12. cap. 11. quest. 7. & 8. Sayro in clavi regia lib. 12. cap. 17. num. 38. Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 11. num. 11. Sanch. lib. 6. sum. cap. 9. num. 110.

5. Hec tamen appellatio prius est ad prælatos domesticos deferenda, quam ad Nuntium, vel Pontificem; quia religiosi honori, non leuiter expediri, si suorum religiosum caule intra priuatos parietes contineantur, neque extra

X 2 ad